



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

123. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Si servus suam ancillam concubinam habet.

Ex eodem, capite VIII.

Concil. Ver-
mer, c. 7.

CXX. Si servus suam ancillam concubi-
nam habuerit, si ita placet, potest, illa dimif-
sa, parem suam ancillam domini sui accipere.

De liberto qui ancillam domini tenuerit.

Ex eodem.

Concil. Ver-
mer, c. 8.

CXXI. Si servus libertate à domino suo
accepta, postea cum ancilla ejus adulterium
perpetraverit, si dominus ejus vult, velit no-
lit, ipsam uxorem habebit.

Si venditionis causa servus & ancilla
separentur. *Ex eodem.*

Concil. Ver-
mer, c. 19.

CXXII. Si servus & ancilla per venditio-
nis causam separati fuerint, prædicandi sunt ut
sic maneant, si eos conjungere non possumus.

Sed Lex Romana longè meliùs de hac duntaxat
causa præcipere videtur.

De eadem re. *In Lege Romana,*
cap. xxv.

Interpret. 1.
un. Cod. The-
odof. de com.
divid.

CXXIII. In divisione, *inquit*, patrimo-
niorum seu fiscalium dominorum, seu priva-
torum, observari specialiter debet ut quia in-
justum est filios à parentibus, uxores à mari-
tis, cum ad quemcunque possessio pervenerit,
sequestrari, ut mancipia quæ permixta fue-
rint, id est, uxor cum filiis & marito suo, da-
tis vicariis, ad unum debeant pertinere, cui
necesse fuerit commutare quod sollicitudo or-
dinantium debet specialiter custodire, ut sepa-